1437. 16. Maji ~~Junii~~ Ex M.S. Arch. Calvi Montis



52

Nos Joannes de Sprowa Judex, et Petrus de Weschmuntów Subjudex Terræ Sandomiriensis Generales. Significamus tam præsentibus quam futuris, quibus expedit universis. Quomodo Nobilis Joannes de Bostow coram Judicio Terrestri comparendo personaliter sanus mente, et corpore existens, animo suo deliberato recognovit vendidisse mericam ibidem in Bostow cum arvo per granitiem monasterii Sanctæ Crucis, et per piscinam nobilis Bartholomæi de Bielow prædicto pro quadraginta marcis pecuniarum monetæ et numeri Polonicalis, resignavit perpetualiter et æviternè, etiam tali modo, si piscina ipsius Bartholomæi inandaret per granitiem non movendo literam divisionis, ipse etiam Joannes eundem Bartholomæum debet intercedere a qualibet persona juxta juris formam. Harum quibus in testimonium literarum Sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum in Opathow feria quinta ante festum Pentecostes Domini. Anno ejusdem millesimo, quadringentesimo, tricesimo, septimo. Præsentibus his Dominis, Jacobo de Czermikow, Johanne de Slawossowicze, Joanne de Podgrodze, Jaskone de Milkow, Mirzone de ibidem, Jacussio de Rzeczyca, ac aliis multis fide dignis.